

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Maria m
cum fonte primo

Surgens Maria et cetera.

Non quasi incredula de oraculo, nec
quasi incerta de nuncio, nec quasi
dubitans de exemplo, sed quasi leta pro
uoto, religiosa pro officio, festina pro
gaudio in montana perrexit. Quo enim
iam Deo plena nisi ad superiora cum
festinacione contenderet? Nescit tarda
mollimina Spiritus Sancti gracia.

Ambrosius ibidem (super Lucam libro
II).

Exsurgens Maria... (Luc. 1:39)

Vbi audiuist hoc Maria,
non quasi incredula de oraculo nec
quasi incerta de nuncio nec quasi
dubitans de exemplo, sed quasi laeta pro
uoto, religiosa pro officio, festina pro
gaudio in montana perrexit. Quo enim
iam deo plena nisi ad superiora cum
festinatione contenderet? Nescit tarda
mollimina sancti spiritus gratia.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii secundum Lucam*, 2, 19
(CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini
eds., p.39, ll.287-292).